BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 259v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





Et non infirmatus est in fide. nec con
sideravit corpus suum iam emortuum.
cum fere centum esset annorum: et emor
tuam vulvam sare. In repromissione
etiam dei non hesitavit diffidentia: sed
confortatus est fide. dans gloriam deo:
plenissime sciens. quia quecumque pro
misit deus. potens est et facere. Ideoque et re
putatum est ei ad iusticiam. Non autem
est scriptum propter ipsum tantum. quia re
putatum est illi ad iusticiam: sed et propter
nos quibus reputabitur credentibus in eum.
qui suscitavit dominum nostrum ihesum a mor
tuis: qui traditus est propter delicta nostra.
et resurrexit propter iustificationem nostram.
Vstificati igitur ex fide. pacem · v.
habeamus ad deum. per dominum nostrum iesum
xpm: per quem et accessum habemus per
fidem in gratiam istam in qua stamus.
et gloriamur in spe glorie filiorum dei. Non
solum autem sed et gloriamur in tribula
tionibus: scientes quia tribulatio
paciam operatur: pacia autem pro
bationem. probatio vero spem. Spes
autem non confundit: quia caritas
dei diffusa est in cordibus nostris per spm
scm qui datus est nobis. Ut quid
enim xps cum adhuc infirmi essemus.
secundum tps pro impiis mortuus est. Ius
tus pro iniustis. Vix enim pro iusto quis
moritur: Nam pro bono forsitan quis
audeat mori. Commendat autem ca
ritatem suam deus in nobis: quomodo si cum
adhuc essemus peccatores secundum tps xps
pro nobis mortuus est: multo magis nunc
iustificati in sanguine ipsius. salvi eri
mus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici
essemus. reconciliati sumus deo per mortem
filii eius: Multo magis reconciliati
salvi erimus in vita ipsius. Non solum
autem. sed et gloriamur in deo. per dominum nostrum
ihesum xpm: per quem nunc reconcilia
tionem accepimus. Propterea sicut per
unum hominem peccatum in hunc mundum in
travit. et per peccatum mors: et ita in omnes
homines mors pertransiit. in quo omnes
peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat
in mundo. Peccatum autem non imputa
batur cum lex non esset. Sed regnavit
mors ab adam usque ad moysen. et in
eos qui non peccaverunt in similitudine pre
varicationis ade. qui est forma futuri.
Sed non sicut delictum. ita est donum. Si
enim unius delicto multi mortui sunt:
multo magis gratia dei et donum in gratia
unius hominis ihesu xpi in plures habun
davit. Et non sicut per unum peccatum.
ita et donum. Nam iudicium quidem ex
uno in condempnationem: gratia autem ex
multis delictis in iustificationem. Si
enim in unius delicto mors regnavit
per unum. multo magis habundantiam
gratie et iusticie et donationis accipientes.
in vita regnabunt. per unum ihesum xpm.
Igitur sicut per unius delictum in omnes
homines in condempnationem: sic per unius
iusticiam in omnes homines in iustificationem
vite. Sicut enim per inobedienciam unius
hominis peccatores constituti sunt multi. ita et per
unius obedienciam iusti constituentur
multi. Lex autem subintravit ut habun
daret delictum. Ubi autem habundavit
delictum. superhabundavit et gratia: ut si
cut peccatum regnavit in mortem: ita et gratia
regnet per iusticiam. in vitam eternam
per ihesum xpm dominum nostrum. vi.
Quid ergo dicemus: Permanebimus in peccato ut gratia
habundet: Absit. Si enim mortui su
mus peccato: quomodo adhuc vivemus in il
lo: An ignoratis fratres quia quicumque
baptizati sumus in xpo ihesu. in morte